

## III. Ex præsumptâ voluntate

1. *Testatoris: legatarius & fideic.* in bonis testatoris.
2. *Contrahentis & inferentis bona in locantis prædium urbanum,*  
Locator, in illis bonis perpetuæ permansionis, (si non in specie, tamen in genere, ut merx, supellex,) pro pensione & damnis, etiamsi à conductore alienentur ante præclusionem, etiamsi res sint minoris sine Curatore, modò locupletior inde factus, etiamsi Studiosi supellex sit literaria.  
Qui à Conductore conducit, ejus bona Domino non sunt pro hypothecâ.
3. *Coloni: Dominus,* cui fructus in prædiis rusticis nati tacitè pignori sunt.

Stabulum elocatum mercedis gratiâ, in causa taciti pignoris habetur pro prædio urbano.

## Tit. III.

## Quæ res pignori vel hypothecæ datæ obligari non possunt.

§. 1. *Objectum* s. *Materia* Pignoris, tanquam contractûs ipsius, sunt:

*Res quæ oppignerantur, & sunt*

1. *Proprie,* quæ in bonis debitoris sunt. Hinc

1. res alienæ proprio nomine (non tutorio, procuratorio, administratorio) non sunt pignori. *Excipe:* 1. Emphyteusis. 2. Pignus ipsum. 3. Ususfructus, non vero Usus, pignori dari possunt.

2. Si res aliena pignerata, actio pigneratitia non competit, nisi contra ipsum debitorem, vel alium possessorem, nullum jus in re habentem, non contra Dominum, nisi debitor ipse post fiat Dominus, non verò si Dominus post fiat debitor.

2. *Alienabilis.* Hinc fundus dotalis, res litigiosa, res feudalis, non possunt pignerari.

Corpora demortuorum non possunt arrestrari.

§. 2.